prognostici Hippocratici
libris manuscriptis.
Kühlewein, Hugo

Jahresbericht

über die

Königliche Klosterschule zu Ilfeld

von Ostern 1875 bis Ostern 1876.

Inhalt:

1) De prognostici Hippocratici libris manuscriptis von Dr. Hugo Kühlewein.
2) Verzeichniss der in der Bibliothek der Klosterschule vorhandenen älteren Drucke und Handschriften von Professor Dr. Freyer.
3) Schulnachrichten vom Director Dr. Schimmelpfeng.

NORDHAUSEN, 1876.
Druck von C. Kirchner.

1876. Progr. № 249.



De prognostici Hippocratici libris manuscriptis.

Ante hos quinquaginta fere annos Fridericus Reinholdus Dietz Regimontanus Germaniam, Britanniam, Galliam, Hispanias, Italiam per quinquennium peragrans quoscunque in bibliothecis invenit veterum medicorum libros manuscriptos editionesve antiquos editionem nisi fallor medicorum Graecorum paraturus summo studio et diligentia scholiorum in Hippocratem et libri de morbo sacro editione satis cognita eruit, exscripsit, contulit. Eius operi proposito morte praematura erepti schedas petenti mihi nuper e bibliotheca Regimontana liberalissime permissas perlustrans enotavi quattuor, quos ille contulit, codicum Vaticani, Ambrosiani, duorum Vindobonensium in Hippocratis libro, qui est prognosticon, lectiones nondum, quod ego sciam, in libris patris medicinae recensendis adhibitas, nisi forte Vindobonenses Mackius inspexit. Quos ad codices accedunt duo, quos ipse aliquoties in Italia commoratus cum editione Kuehniana comparavi, alter Florentinus, alter Venetus. De quorum librorum natura ac pretio quidquid sive e bibliothecarum catalogis hauritur sive adspectu observatur his fere continetur:

Codicem Vindobonensem XVI, olim 35 (w), scholiorum Stephani Atheniensis in Hippocratis aphorismos, cuius margini prognosticon a fol. 185—201 b inscriptum est, saeculi quinti decimi Lambecius et de Nessel[1] ita describunt: est chartaceus, antiquus, in folio constatque fol. 360 et ab Augerio Busbeckio, ut ipse solita propriae manus inscriptione testatur, olim fuit comparatus Constantinopoli.

Vindobonensis alter XLIV, olim 3 (g), saeculi quinti decimi, chartaceus, bonae notae, in quarto foliorum trecentorum quattuor, ab eodem Augerio Busbeckio[2] olim Constantinopoli comparatus[3] praeter varios libros medicos Actuarii, Alexandri Aphrodisiensis, aliorum sexto loco continet Galeni commentarium in Hippocratis prognosticon a fol. 232—304.

Vaticanus 276 (v), membranaceus fol. 237, saeculi tertii decimi, libros praebet eosdem eodemque antiquiore ordine ac Parisinus 2146 descriptus apud Littréum tom. I. p. 529, nisi quod in hoc orationes duae ἐπιβώμιος et πρεςβευτικός in fine adscriptae sunt.

1. Lamb. cat. msc. gr. Vind. vol. VI. p. 330, de Nessel pars III. cod. 16.

2. Augerius Busbeckius Ferdinandi I. imperatoris in aula Solimani Magnifici legatus utrumque codicem in charta orientali diversis manibus scriptum anno 1555 Constantinopoli emit.

3. Lambec. vol. VI. pag. 198, de Nessel pars III, cod. 44.

Ambrosianus B. 113 supra (a), bombycinus, fol. 171, in quarto, saeculi quinti decimi continet aphorismos et prognosticon cum scholiis incerti auctoris, epistolas, remedia varia e medicorum libris collecta.[1]

Mediceus 75, 3 (f), membranaceus, in octavo minore, saeculi duodecimi, charactere rotundo neque ineleganti, constans foliis scriptis 263 (Bandini, cat. graec. III, 141), in quo variis medicamentis secundum litterarum ordinem enumeratis tabulisque medicis ad finem additus est liber praenotionum.[2]

Marcianus 269 (b) in folio, membranaceus, foliorum 261, saeculi circiter duodecimi, cuius lectionibus exscriptis se in prognostico usum esse dicit Ermerins in praefatione p. IX. Secundum indicem praefixum in hoc codice olim perpaucis mutatis eadem inerant, quae teste Littréo tom. I. p. 512 sqq. in Parisinis 2142, 2141, 2140, 2143, 2145, nunc vero mutilus est in medio compluribus foliis evulsis, qua re interciderunt libri *περὶ ἐγκατατομῆς παιδίου, προῤῥητικῶν λόγοι, περὶ συρίγγων, περὶ αἱμορροίδων, Κωακαί, ἐπιδημιῶν α-δ', ἐπιδ. ε'* usque ad ed. Basil. p. 336, vers. 21.

Quoniam de Littréi libris manuscriptis mentionem feci, illico quae de his monere visa sunt, addere liceat. Nam in lectionibus illorum sex codicum ponderandis et discernendis ita rem egi, ut libros Parisinos Littréi antiquiores respicerem, maxime Parisinum 2142 inter omnes Parisinos prognostici veterrimum, cuius mediam partem, in qua liber quem dixi inest, Littré antiquo manu scriptam esse refert, ut vel decimo saeculo eam scripturam attribuere videatur. Ad hunc proxime accedit antiquitate Par. 446 supplementorum, membranaceus, saeculi duodecimi.[3] Sequuntur codices saeculi XIV signati numeris 2140, 2141, 2143, 2145, 1255, 2256, 2229, unus saeculi XV, qui fert numerum 1884, duo saeculi XVI, qui sunt 2146, 2330, denique libri quinque sine aetatis indicio, qui sunt 2269 codex chartaceus, vetus, non sine lacunis, scatens formis in dialectum Atticam translatis, 1883, 36, 2219, 2257 prognosticon continens cum commentario Galeni.

Quorum codicum lectionibus variis collectis et dispositis haud difficile est ad cognoscendum quosdam libros continuo consentientes inter se eandem verborum speciem ac rationem praebere diversam ab altero librorum genere, qui rursus inter se consensu lectionum fere semper coniuncti sunt, ut quasi duae librorum partes inter se sint oppositae. Neque deesse qui modo cum hac modo cum illa parte faciant, facile intellegitur. Quae res illustretur et comprobetur his locis in prognostici initio gravissimis, ubi codices inter se ita differunt:

---

1. Haec fere sunt, quae e catalogo bibl. Ambrosianae manuscripto ipse enotavi. Accuratius codex describitur a Dietzio schol. in Hipp. et Gal. vol. II, p. V.

2. Codicem Med. ap. Foesium, quem postea Littré notavit littera B, eundem non esse e collatione elucet. Exstant enim praeter meum in bibliotheca Laurentiana duo, in quibus inest prognosticon: cod. 74, 1 in folio saeculi quinti decimi, membranaceus, nitidissime scriptus et cod. 74, 11 in octavo, bombycinus, saeculi tertii decimi.

3. Littr. tom. II. p. 163, adn. 2.

88.[1] *δοκέοιμι* a 2229	*δοκέει μοι* b v f w Mon.[2]
ἐκ τῶν παρεόντων παθ. w a f 2145, 2142[2], 2269, 2219, 446.	*τῶν παθημάτων* b g Mon. rel. Par.
	ἐκ τῶν παθημάτων v 2146.
νοσέοντας f 446, 2229	*ἀσθενέοντας* b v a w g Mon. rel. Par.
89. *πρὶν ἢ* w a 2229, 2141, 2142, 2145, Gal. i. t.	*ἢ* om. b v f Mon. rel. Par.
ἡμέρην μίαν w f a	*μίαν* om. b v g 2146.
τῶν τοιουτέων παθέων w (*παθῶν* f)	*τῶν παθέων τῶν τοιουτέων* b v.
ἐν τοῖσι νούσοισι w (*νόσ.* f)	*ἐν τῇσι νούσοισι* b v a Mon. Par.
τουτέων τὴν πρόνοιαν f 2229, 446 B.	*τούτου* rel.
	τουτέου w.
ἄν τις θαυμάζοιτο w f a v 2146, 2219, 2229, 446	*τὶς* om. b Mon. rel. Par.
τούτους ἔτι μᾶλλον om. w f b v 2146, 2269, 446	habet a Mon. rel. Par.
ὀρθῶς om. w 2269, 446	praebent reliqui.
πρὸς ἕκαστα τῶν νοσημάτων add. f	om. rel.
τε καὶ σωθησομένους om. w	praebent reliqui.
ἐναντίον w 2269, 1884	*ἐναντιώτατον* rel.
90. *λοβοὶ αὐτῶν* w, — *αὐτέων* f	*λοβοὶ τῶν ὤτων* rel.
	λοβοὶ τῶν ἄκρων g.
καρφαλέον ἐόν om. w f	praebent rel.
χλωρὸν ἢ μέλαν w f g	*χλωρόν τε ἢ καὶ μέλαν* rel.
λοιμῶδες w a 2229	*λιμῶδες* rel.
μηδὲν φῇ εἶναι om. f	
εἶναι om. w a g[1] 446, 2146	praebent b v Mon. rel. Par.
μηδ' ἐν w g 2142.	*μηδὲ ἐν* b v a Mon. rel. Par.
εἰδέναι τοῦτο τὸ σημεῖον θανατῶδες ἐόν v g 446, 2228 ———— *τὸ σημεῖον τοῦτο θ. ἐόν* w *εἰδέναι χρὴ θαν. ἐόν τοῦτο τὸ σημ.* f ———— *τό σημ. τοῦτο θ. γεέόν* a	*εἰδ. χ. ἐγγὺς ἐόντα τοῦ θανάτου* b Mon. rel. Par.
ἢ τεταρταίου om. w f a v 2146	praeb. b g Mon. rel. Par.
τἄλλα w a v Mon. 2140, 2141, 2143, 2144, 1884, 2330, 2256	*τὰ ἄλλα* b f 2142, 446.
τά τε ἐν τῷ σώματι w Mon.	*καὶ τὰ ἐν τῷ σώματι* b v a 2145, 2142, Gal. i. t.

1. Numeri praescripti significant paginas editionis Kuehnianae.

2. Significat Monacensem 71, nuperrime mihi missum, quem ad finem conferre otium mihi non erat. Est codex chartaceus, in folio, confectus anno 1531, accuratius descriptus apud Ign. Hardt, catal. msc. graec. bibl. reg. Bavaricae: J. Chr. v. Aretin, Beiträge zur Geschichte der Literatur, München 1803—1807.

τὰ — σώματι om. f 2146.
προσώπῳ τά τε ἐν τῷ om. 446. 2228.

91. ὁ ἑτέρος τοῦ ἑτέρου wfa 2269, 2228, 446	θάτερος θατέρου bv Mon. vulg.
ἰσχῶσιν ἢ μέλανα ἢ πελιδνὰ φλέβια wfa	ἰσχῶσιν ἢ πελιὰ (βλέφαρα add. Mon.)
——— πελιδνά ἢ μ. φλ. g 2146, 2228	ἢ φλέβια μέλανα bv
ἐν ἑωυτοῖσιν w 2146, 2228, — ἐν ἑούτοις f, — ἐν ἑαυτοῖς 446	ἐν αὐτέοισιν bva Mon. vulg.
ἢ καὶ ἐναιωρ. om. v 2146, 446 καὶ ἐναιωρ. om. wf.	praeb. ba Mon. vulg.
αἱ ὄψιες — ἀλαμπεῖς om. wfgv 2146, 446.	praeb. ba Mon. vulg.
μὴ ante ξυμβαλλομένων om. wfav 2146, 2228, 446, Gal. com. schol. p. 92	μὴ ξυμβ. b Mon. 2142.
φαρμακείης wa	φαρμακοποσίης bv Mon. Par. ——— ίας f.
σφόδρα wfgbva 2142, 2145, 446, Gal.	λίαν Mon. vulg.
ἐόντα τὸν θάνατον ag 2142²	ἐόντα τοῦ θανάτου bvf 2145, 2142, B

ἐόντα θανάτου w rel. Par. ὄντα θανάτου Mon.

θανατῶδες — γινόμενα om. wf 2146, 446	praeb. bva Mon rel. Par.
92. κατακλίνονται wafg Par. Mon.	κλίνονται bv
ὁμοιότητες w ὁμοιόταται fg 2146, 2229, 446	ὅμοιαι bva Mon. rel. Par.
καί τὸν τράχηλον om. wf (g pr. m.) 2146, 446	praeb. bva Mon. rel. Par.
γίγνοιτο wfv.	γένοιτο b Mon. vulg.
τοὺς πόδας wf 2228, 2145, 2142, 446, Gal. i. t.	art. om. πόδας bva Mon., Gal. com., vu
καὶ γυμνὰ om. wf (g pr. m.)	praeb. bva Mon. vulg.
κακόν ante παραφροσ. add. wg 2269, 446	om. bvaf Mon. rel. Par.
παραφροσύνην γὰρ wg 446	παραφροσύνην τινά bva Mon. rel. Par

f neque γὰρ neque τινά post παραφρ. praebet.

περὶ τὴν γαστέρα wf (g om. art.) 446	ἀμφὶ τὴν κοιλίην bva Mon. rel. Par.
περιπνευμονικοῖσιν wfg 446, 2144, Mon.	περιπλευμ. bva vulg. 2142 (—σι).
ἀμφοτέρων wfga 446	ἀμφοῖν bv Mon. 2142, rel. Par.
εἰ — ποιέει wfgv 446	ἢν — ποιῇ ba Mon. vulg.
93. κάρτα ἤδη γίνεται wfgv 446 (γίγνεται f 446)	γίνεται κάρτα ἤδη b Mon.
ὁ ἄνθρωπος wfa Mon. rel. Par.	ὤνθρωπος bv 2142.
ἢ ante πελ. add. wfg B. 446	om. bva Mon. vulg.
χρὴ γινώσκειν wga B. 2142, 2145 γιγνώσκειν δεῖ f	γινώσκω bv Mon. vulg.

ὁκόσα ἐν ποιρετοῖσιν f	ὁκόσοισιν ἐν πυρετοῖσιν rel.
καὶ ἐν φρεν. wfg 446	ἢ ἐν φρεν. bva Mon. 2256, 2140—2142, 2330, 2144.
περιπνευμονίῃσι wfg Mon. 446, 2144	περιπλευμ. bva rel. Par.
καὶ ἐν κεφαλαλγίῃσι wf Mon. 2140—2142, 1884, 2230, 2256, 446, 2144	ἢ ἐν κεφαλαλγ. bva rel. Par.
τὰς χεῖρας add. wga	om. bvf Mon. vulg.
τε καὶ θηρευούσας af	τε om. rel.
διὰ κενῆς wfg	διακενῆς b Mon. 2256, 2144, 2142.

om. a v 2146, 1884.

ἀφαιρούσας ἀπὸ τῶν ἱματίων afg B. (ἀφαιρέουσας g)	ἀπὸ τῶν ἱμ. ἀποτιλλούσας bvw Mon. vulg.
παραφροσύνην σημαίνει f. 446	π. δηλοῖ rel.
ὁκόσα σὺν wfg 446	ὅσα ξὺν ba Mon. ἅσσα ξὺν v 2146.
οἳ ἂν wa 2146	ὁκόσοι ἂν bvfg Mon. 2140—44, 1884, 2330, 2256, 446.
κρισίμοισι w, τε κρισίμοισι rel.	κρισίμῃσι f 446, τε κρ. bv 2142.
τελέως wf 446	τελείως bvag Mon. vulg.
94. ὅσοι wf	ὁκόσοι bvag Mon.
τε καὶ τὸ πρόσωπον om. fa } Dioscurides	praebent reliqui.
προσημαίνουσι om. wg } Dioscurides	praeb. bvaf Mon. Par.
νούσου σημαίνουσι(ν) wfg	om. bva Mon. Par.
καὶ οἱ — φλεγμονῆς om. w, Artemidorus et Dioscurides, quod probat Galenus, 2228	habent reliqui.
τῆς φλεγμ. fa 2146	om. bvg Mon. rel. Par.
σφιγμός wf, σφυγμός v(g) Mon.	σφυγμῶν b.
95. ἢν . . κινέονται wf 446.	ἢν κινέωνται bva Mon. vulg.
τῷ ἑτέρῳ μέρει wa	τῷ ἑτέρῳ πλευρῷ bvf 2145, 2140, 2146, 2142, 2269, 446. Mon.: πλευρῷ μέρει.
κίνδυνον θανάτου wf 446, 2269, 2146, Gal. in textu	θάνατον bva Mon. rel. Par.
εἰ . . ὑπερβάλλει wfg 446	ἢν . . ὑπερβάλλῃ bva Mon. vulg.
διαποίησιν wf 446	διαπύησιν bva Mon. vulg.
ἐκ ῥινῶν wg 446	ἐκ τῶν ῥινῶν bv Mon. vulg.
διὰ ῥινῶν f διὰ τῶν ῥινῶν B.	om. a.
ἀλλ' ἐπανέρεσθαι wg B. (f 446)	ἀλλ' ἐπανερωτᾶν bva Mon. vulg.
ἀμβλυώττουσιν w Gal. i. t. (—οττ. 446) ———σσ—— ag	ἀμβλυωποῦσιν bvf Mon. vulg.

εἰ γὰρ εἴη τι τούτων wfg(a) (*τουτέων* Gal. i. t.)	*ἢν γάρ τι τοιοῦτον εἴη* bv Mon. vulg.
ἂν ῥέπῃ wfg	*ῥέποι* b Mon. rel. Par.
	ἂν ῥέποι av 2146, 446. Gal. i. t.
τοῦ αἵματος τὴν ῥῆξιν wfa 446	*τὴν τοῦ αἵματος ῥῆξιν* bv Mon. vulg.
τοῖσι δὲ γεραιτέροισι τὴν ἐκπύησιν fa 2142 al. man. i. m., 2269, 2219, 2229	om. wvb Mon. rel. Par.
πιεζεύμεναι w *πιεζόμενα* g *π. καὶ* 2269, Gal.	om. bvaf Mon. rel. Par.
εἰ δὲ ὑπερβάλλει wf	*εἰ ὑπερβάλλοι* bva Mon. vulg.
κατὰ τὸ αὐτό wa Gal. Mon. 2144, 446	*κατὰ τὠυτό* b vulg.
καθιστάμενον wg 446, Gal. schol. p. 119	*καθίσταται* bvaf Mon. rel. Par.
96. *κίνδυνον θανάτου ὀλιγοχρόνιον ἔσεσθαι* wga	*κίνδυνον θανάτου ὀλιγοχρονίου* bf Mon. 2330, 2256, 2142, 2143, 2140.
κίνδ. θ. ὀλιγοχρονίου ἐσ. 446, Gal.	

κίνδυνον καὶ θανάτους ὀλιγοχρονίους v 2146.

χρονιώτερα ἐκείνων om. wgfav 446, 2146	praeb. b Mon. rel. Par.
διαπύησιν ga 2142 } *διαποίησιν* wf }	*ἀποπύησιν* bv Mon. 2146, 2140, 2330, 2255, 2256, 2143, 2144, 2142*, 2145, Gal. i. t.
καὶ μάλιστα ἐκ wgf 446	*μάλιστα προσδ.* bva Mon. vulg.
προσδέχεσθαι χρὴ wg	om. bvaf Mon. Par.
ἐκπυήσιας wa Mon.	*ἐμπυήσιας* bv 2142, 2146, 2330.
	ἐμποιήσιας f 446.
διαποιήματα wf	*διαπυήμ.* bvag Mon. vulg.
μικρά τε ἐόντα καὶ gfa Mon. 2142 al. man.	om. bvw 2146 (2140, 2142 pr. man.)
ἔξω ἐκκλίνοντα wgf 446	*ἔξω* om. bv Mon. 2140, 2143, 2145, 2146, 2330, 2256.
ἔξω ἐκκρίνοντα 2142	
ἐκκλίνοντα ἔξω a	
ἀποκορυφούμενα wfa Mon. 2142, 446	*ἀποκυρτούμενα* bvg.
συνεσταλμένα wv 2146 B.	*ἀποκορυφούμενα* bafg vulg. — om. Mon.
ὁκόσα δὲ εἴσω wgf (446 — *τε εἴσω*)	*ὅσα δ. ε.* ba Mon. vulg. *ἄσσα* v 2146.
συνεσταλμένα wf	*προεσταλμ.* bva Mon. vulg.

προσεσταλμ. g 2145. Gal. i. t.

ἅπαν τὸ ἔξω χωρίον wf 446	*πᾶν τ. ἔ. χ.* bva Mon. vulg.
φαίνεται wgfav	*φαίνηται* b Mon. 2142, 2140, 2145, 2330, 2144.

*) Sic Littré et *διαπύησιν* et *ἀποπύησιν* ex antiquissimo Parisino adscripsit.

καὶ ὁμαλὸν καὶ ὡς ἥκιστα δυσῶδες wgfav	καὶ ἥκ. δ. b 2141, 2140, 2142, 2255.
καὶ ὁμαλὸν καὶ ἥκιστα δυσῶδες Mon. 2156, 2143, 2145, 2146, 2144.	
ἐναντιώτατον Gal. i. t. { τούτῳ wg / τουτέῳ v 2146 }	ἐναντίον τουτέου ba Mon. vulg. ——— τουτέων f.
97. κάρτα wf Mon. vulg.	om. bva.
ἐκ τῶν κενεώνων wf B.	ἀπὸ τ. κ. bva Mon. vulg.
κενεώνων τε καὶ τῆς ὀσφύος wgf 446	τε om. bva Mon. vulg.
οἱ δὲ ἀπὸ w vulg.	οἱ δὲ καὶ ἀπὸ bvgf Mon. 2142, 446.

Sed haec inter se opposuisse sufficiat, praesertim cum hoc loco Fridericus Dietz Ambrosianum diligentius conferre desierit indeque solummodo, ut ipsius verbis utar, perfunctorie eum contulerit. Docet autem quam praescripsi tabula duas discernendas esse librorum classes, quae vestigia verborum prognostici dupliciter recensitorum ostendunt. Nam etiam in eis, quae sequuntur ad finem libri, eorundem fere codicum lectiones diversae continuo percurrunt. Alterius classis lectiones prognostici verba, qualia Galenus ante oculos habuit, praebent aut certe redolent. Ad eam pertinet Vindobonensis littera w denotatus, fere constanter repugnans Marciano, alterius familiae, quae a vulgata non multum distat, tanquam duci et capiti, cui et Vaticanus, Monacensis, Ambrosianus propinqui existimandi sunt et Littréi antiquissimus Parisinus saepius adsentitur. Cum illo conspirant Littréi Par. 446 et Vindobonensis alter, cuius lectiones aliquoties in tabula intercidisse mirari noli: plura quam e Dietzii schedis videram dare non erat. Restat Mediceus, quem eidem classi adnumerare non dubitarem, nisi saepius ad alteram transiliret, etiam saepius proprias lectiones praeberet et verbis hic omissis illic adpositis cum nullo omnium utriusque classis codicum satis congruere videretur.

Sed haec quidem de codicum inter se cognatione, quibus quid novi variis lectionibus per omnes prognostici paragraphos perlustratis et inter se comparatis perspexerimus, postea erit addendum. Jam vero cum in aliis Graecorum libris recensendis et emendandis, nisi libri manuscripti omnes ad unum referri possunt exemplar, aut hanc aut illam codicum classem maxime sequantur homines docti, quaerat quispiam, utram ego classem ad verisimiliorem prognostici formam ducere censeam. Sed eiusmodi quaestione in eo, quod nobis est propositum, plane supersedemus propterea quod iam Galenum in illius aetatis libris varias lectiones invenisse constat, id quod et ipse refert et ex tot tantisque inter eius textum commentariumque discrepantiis videre potes. Quas lectiones, quae iam tum temporis atque etiam multo ante Galenum*) variae circumferebantur, num

*) Insigne est dictum Galeni de Rufo Ephesio, scriptorum Hippocraticorum saeculo p. Chr. primo interprete, qui erat ἀνὴρ φυλάσσειν μὲν ἀεὶ πειρώμενος τὰς παλαιὰς γραφάς. cf. Littré, introduction chap. V, p. 104.

Pergamenus cognoverit omnes dubitari potest. v. Ermerins vol. I praef. p. V sqq. Littré tom. I introduct. chap. V. Neque igitur qui prognostici verba quam verisimillime constituere sibi proposuit in Galeni lectionibus solis haerebit neque Pergameno posthabito in altera codicum classe se continere volet. Idem et meum censebam esse singuli codices, quorum collationibus uti mihi licebat, quid ad prognostici verba, qualia sunt in recentiorum editionibus, emendandis valeant quaerere et maxime quidem antiquiores. Et sunt inter eos sane satis antiqui.

In quo incepto operam perdidisse mihi non viderer etiamsi nihil nisi quae novissimi editores secundum paucos vel singulos codices plerumque consentientes aut invexerunt aut immutaverunt meis libris confirmata invenissem, ut in § 21 (Kuehn p. 100) Ermerins et Reinhold e Parisino 446 et Foesii Med. recte ante **καὶ οὕτω** assumpserunt **καίτοι**, quod mihi praebebant wgfv, in eadem § eorundem **διαπεραιωθείς**, quod restituerunt e codd. 446, 2142, cui alia manus adscripsit et e Galeni textu, omnibus aliis **δὴ περαιωθεὶς** praebentibus, comprobatur et libris gv et fw, qui ferunt **διαπερεωθεὶς** et b qui praebet **διπερεωθεὶς**, deinde in proxima § articulum molestum **αἵ**, quem ante vocem **ὑποστάσιες** secundum paucos codices deleverunt eidem, omittunt quoque wgf bv, paullo post wgfv cum paucioribus libris, inter quos est Parisinus 2142 servant verum **πεταλώδεες**, quod reliqui corruperunt in **χολώδεες**. In eadem § veram legendi rationem usurpatam a Littréo et Ermerinsio, quae est **ἐστ' ἂν πεπανθῇ ἡ νοῦσος**, quam duo tantum Parisini antiqui 2142 et 446 integram tuentur, ferunt quoque fgb, in codice w autem haec cum duobus versibus exciderunt. Mox plurimi praebent **ἔτι δὲ τοῖσι μὲν ἀνδράσι**, editores Parisinos quinque et Galenum secuti iure scripserunt **ἔστι δὲ κτλ.**, quod confirmant wgf bv. In proximis cum multo paucioribus verum exhibent wgfv **ὡς περιεσομένοισι** pro ceterorum insano **ὡς περιεχομένοισι** et quae sunt similia. Quod sub finem eiusdem § in omnibus codicibus legitur **ἀφισταμένας** sive **ὑφισταμένας** recentiores editores tres pariter respuerunt. Praetulerunt enim, cum uni Galeno deberent, **ἐφισταμένας**, quod ego exscribo ex quinque codicibus wgfbv. Ad ultima paragraphi verba, quae vulgo leguntur: **οὐ γὰρ τοῦ ὅλου σώματος σημεῖον ἐστι ἀλλ' αὐτῆς** (int. **τῆς κύστιος**) **καθ' ἑωυτῆς** adnotavit Ermerins: codd. vero Med. et Corn. apud Mackium **καθ' ἑωυτῇ**. Hinc Jonico more **κατ'** ante adspiratam retinui et ex **ἑωυτῇ** accusativum effeci: nam saepius eiusmodi terminationes confundi vidi. Praepositio vero **κατά** hoc significatu accusandi casum omnino sibi requirit. — Accusativum ab Ermerinsio desideratum dant vg, sed scribunt **καθ' ἑωυτήν** quod, si cognovisset, editorem Batavum prorsus accepturum fuisse crediderim qui ne **καθιστάμενον**, ne **ἀφικέσθαι** quidem scribere dubitaverit. Deinde quod in extrema § 23 (p. 102) Littré eumque secuti Erm. et Reinh. dederunt ex Galeni verbis et solo codice 446 Parisino: **τάχιστον δὲ θάνατον σημαίνει**, ubi reliquorum librorum **τάχιστα γὰρ θάνατον σημαίνει** ferri non posse Littré vidit, idem praebent fgbv, codice w omittente sententiam **τάχιστ. — δυσῶδες**, unde sic pergendum: **πᾶσαι δὲ** (**αἱ** om. wf Gal.) **ὑπόσαπροι καὶ δυσώδεες ὀδμαὶ κτλ.** Nempe Ermerins aliquid nimis molitus recentioresque quosdam codices secutus atque etiam hoc loco decurtatos: **πᾶσαι γὰρ**, inquit,

ut scriberetur necesse fuit, quippe hisce re vera ratio, quare vomitus lividae et graveolentis materiae perniciem adferat, exponitur. Forte in vulgata horum verborum scriptura particulae δὲ et γὰρ invicem sedem propriam commutaverunt. Sane haud raro inter se confunduntur, sed ita potius, ut γὰρ sententiae rationem proprie ac dilucidius indicans pro simpliciore particula δὲ inseratur, quem particulae δὲ usum in his medicorum libris latissime patentem illustravi in dissertatione de usu particularum in libris qui vulgo Hippocratis nomine circumferuntur p. 36 sqq.

In initio § proximae Littré e Galeno et codd. 2145, 2142 notavit *πτύελον δὲ χρὴ*, sed nondum admisit in textum particulam ab antiquissimo suo oblatam, quam editores duo post illum diutius excludere noluisse quis est quin probet, cum auctoris usu dicendi flagitetur atque insit etiam in tribus libris antiquis fbv et in Galeni commentario Vindobonensi. In eadem sententia *πνεύμονά τε καὶ τὰς πλευρὰς* exhibent fw, ubi eidem *τε* iam restituerunt e Parisino 446 et Mediceo ap. Foesium. Deinde in § 24 (p. 103), ubi utrum *ἑβδομαίῳ δὲ ἐόντι ἢ παλαιοτέρῳ* an *καὶ παλαιοτέρῳ ἧσσον ἀσφαλές* legendum sit dubitari possit, Ermerins verum elegisse videtur, cum e Galeno et duobus Littréi antiquissimis 2142 et 446 *ἢ* recepit, quod itidem praebent fwb. In eis quae sequuntur *πάντα δὲ τὰ πτύελα* articulum e scholiis nec non e codice 446 inserentem eundem fulciunt fwg. In initio § 25 (p. 103) Littré e suis libris dedit: *ὁκόσα δὲ τῶν ἀλγημάτων ἐκ τουτέων* (sic) *χωρίων μὴ παύηται*. Ermerins et Reinhold e Galeno indicativum restitueruut, id quod confirmant fwgb.

His e paucis paragraphis collectis satis demonstrasse mihi videor, libros ante descriptos inter tantam molem cum iis codicibus aliisve artis criticae in Hippocratem fontibus facere, ex quibus editores novissimi quae aut vera aut praestantiora visa sunt hauriebant. Sed etiam maiorem fidem praestant, ubi quae in tradita prognostici forma sine codicum auctoritate huius aetatis critici corrigenda censuerunt, eadem iam antiquae manus declarant. Namque paragraphus 16 (p. 27) vulgo sic legebatur: *κεφαλὴ δὲ καὶ χεῖρες καὶ πόδες ψυχρὰ ἐόντα κακὸν τῆς τε κοιλίης καὶ τῶν πλευρῶν θερμῶν ἐόντων, ἄριστον δὲ καὶ ὅλον τὸ σῶμα θερμόν τε ἐὸν καὶ μαλθακόν*, quibus e Galeni textu et Parisino 446 *ὁμαλῶς* addidit Littré commotus commentario Galeni, ubi hoc est: *Ἀντιπαραβάλλει νῦν αὐτῇ τὴν ἀρίστην* (*κατάστασιν*) *ἐν ἡμῖν, ἐν ᾗ θερμὸν ὁμαλῶς ἐστὶν ὅλον τὸ σῶμα, μετὰ τοῦ καὶ μαλθακὸν ὁμαλῶς εἶναι· τὸ γὰρ ὁμαλὸν ἀμφοτέρων ἐστὶ κοινόν.* Jam vero Ermerins adnotavit: Libri mss. et editi omnes *ἄριστον δὲ καὶ ὅλον τὸ σῶμα κ. τ. λ.*: in quibus quid *καὶ* sibi velit me quidem prorsus latet. Abundat vocula et loci sensum perturbat; itaque delevi, quod eo confidentius feci, quod haec vocula pluribus in Prognostici locis in libris *παρέλκει*: hic autem propter proximas copulas facile perperam repeti potuit. Coacae 492 lectio nostrae scripturae favet.*) — Non iam opus est auxilio Coacae. Quod Ermerinsium offendit, omittunt codices quattuor wgfv, sed vide an sententia qualis Florentino traditur, omnibus ab omni parte placeat et Galeno

*) v. Ermerins vol. III, epimetr. p. CXXIV.

et Littréo et Ermerinsio. Dilucide exhibet: *ἄριστον δὲ τὸ πᾶν σῶμα ὁμαλῶς τε θερμὸν εἶναι καὶ μαλθακόν.* — Deinde in § 17 (p. 98) e Florentino et Marciano enotavi *ἄλλο τι τῶν περιεστικῶν*, ubi omnes codices alii et editiones ante Littréum *περιεστηκότων*, *περιστικῶν* alias varias formas praebuerunt, quas enumeravit Littré II, p. 133. Is primum edidit *περιεστικῶν*: idem receperunt Ermerins et Reinhold secuti Littréum qui hoc loco: Heringa p. 9, inquit, a remarqué qu'il fallait partout substituer *περιεστικόν* aux leçons plus ou moins altérées que présentent les mss. et les imprimés. J'ai adopté sa correction indiquée par le ms. 2145 (*περιεστηκῶν*) et approuvé par Lobeck Paralip. p. 441. Quod igitur Parisinus unus indicat, id integrum praebent fb. — § 19 (p. 98) ad verba *εἰ δὲ εἴη τοῦτο μεταβεβλημένον* Ermerins adnotavit: *εἰ* invexi, mss. *ἢν* ferentibus. Sed iam ferunt *εἰ* libri fg. — § 20 (p. 99) *πλείονα δ' ἐπὶ τὸ πρωΐ* legebatur ante Ermerinsium qui scripsit *πλέον δὲ ὑπίτω τὸ πρωΐ* infraque haec animadvertit: Haec vera loci lectio mihi visa est, unde librariorum errore exstitisse opinor *πλέον ὑπὸ τὸ πρωΐ* et *πλείονα δ' ἐπὶ τὸ πρωΐ.* Itaque dedi quod ab ipso auctore profectum videbatur. Utrum ita e Galeno vel Mercurialis margine, ubi *πλεῖστον δ' ὑπείτω* vel *πλέον δ' ὑπήτω* adpositum est, an conjectura dederit, id quidem illinc non liquet, sed recte eum fecisse docet et Vaticani *πλέον δ' ὑπήτω* et Florentini *πλεῖστον δὲ ὑπὸ τὸ πρωΐ ὑπείτω*, qui codices nescio an eidem sint atque illi a Mercuriali in margine editionis suae exscripti. — Denique exemplum affero, ne quis Vindobonenses quidem propter minorem vetustatem spernendos esse opinetur. Namque confirmant coniecturam Littréi, qua e verbis § 3 (p. 91) *ἢν δὲ καμπύλον ἢ ῥικνὸν γένηται* expunxit *ἢ ῥικνόν* a Reinholdo repositum. Les imprimés, inquit ille, et plusieurs mss., après *καμπύλον*, ont *ἢ ῥικνόν*; le Cod. Med. (dans Foes) a *ἢ ἐρίκνον*; les mss. 2256, 2144, 2145, 2143, 2140, 1884, 2141, 2142 ont *ἢ ῥικνότερον*; Alde *ἢ ῥιγνὸν*, le ms. 2330 a *ἢ ῥικνότατον*. J'ai supprimé ces mots malgré le scholiaste qui les commente p. 95. Galien dit: „Dans la plupart des exemplaires, la phrase commence par *ἢν δὲ καμπύλον*; mais quelques-uns, au lieu de *καμπύλον*, ont *ῥικνόν*.“ Cette observation montre que *καμπύλον* et *ῥικνὸν* ne coexistaient pas et que l'un était une variante de l'autre suivant les exemplaires.

Pluribus haec augere possum, sed non est, cur quae ex apparatu critico infra congesto ipse cognoscas, hic ego praecipiam. Exemplis prolatis fidem codicibus nostris nullam habendam esse cum non timeo ne quis dicat, tum Florentinum aut verum saepius aut veri vestigia, vel ubi ceteri delirant omnes, tuitum, praeter ceteros insignem demonstrasse mihi videor. Scatet quidem ille formis Atticis et laborat vitiis scripturae omnigenis, litteris *ο* et *ω* fere continuo, *η*, *ι*, *ει* saepissime inter se confusis, vocularum compendiis omissis, usu litterae, quae est *ν ἐφελκυστικόν*, immodico, modis autem ita perturbatis, ut modo *ἢν* cum indicativo modo *εἰ* cum coniunctivo invenias coniunctum. Neque desunt similium vocum commutationes, sed quae quam sint perversae undeque ortae facile perspicias, ut § 20 (p. 99), ubi praebet: *δεῖ . . λαμπρὴν τὴν κοιλίαν εἶναι*, praebere debebat: *λαπαρήν*, § 27 (p. 105) insanum dat: *δυσπεπτέως φέρει τὴν νόσον* pro vero *δυσπετέως.* Quin etiam aut singulas voces mirum in modum

diremptas aut plures sine ratione contortas et corruptas deprehendis. Legit enim librarius in § 8 (p. 93) et scripsit: *οὐ κόσας* pro *ὁκόσα* quod sequitur *σύν*, in § 11 (p. 95) *ἀλλὰ πάνυ ῥέεσθαι* pro *ἀλλ᾽ ἐπανερέσθαι*, § 31 (p. 107) *αὐτὰς ἥκοσι* pro *εἰς τὰς εἴκοσι*, § 35 (p. 110) *νοσήμεια* pro *σημεῖα* et quae sunt similia. Sed qualiacunque haec sunt, non graviora sunt quam quae librario socordi et festinabundo eique ne satis quidem Graeculo inter scribendum acciderint. Qui igitur codicem scripsit, non is erat, qui consulto quod sibi videretur supponeret verbisque docte excogitatis posteros falleret, sed in modum opificis opus suum aut e duobus libris antiquis aut ex uno notis lectionibusque alterius perlito conscripsisse eum suspicor, qua re factum est, ut a voce ad vocem propter similitudinem aberrans interiecta omitteret, cuius rei testimonium illud *νοσήμεια*, oriundum e vocibus *νοσήματος* et *σημεῖα*, cui tria exempla ex sola § 2 (p. 90) addo, ubi *καὶ μήπω οἷόν τε ᾖ* omissum est propter *τοιοῦτον ᾖ* quod praecedit, deinde *ἐπανερέσθαι* deest propter *ξυντεκμέρεσθαι* (sic!) quod proxime antecedit, tum *μηδὲν τούτων φῇ εἶναι* abest propter voculam *μηδὲ* quae proxime subsequitur. In § 32 (p. 108) vero in verba *οἷσι ταῦτα πάντα γίγνεται ἀπόλλυνται· ὁκόσοισι δ᾽ ἂν τούτων τὰ μὲν γίγνεται, τὰ δὲ μή, οἱ μὲν αὐτῶν ἀπόλλυνται, οἱ δὲ κ. τ. λ.* post alterum *γίγνεται* alterum quoque *ἀπόλλυνται* irrepsit. Sed quod supra librum e duobus fontibus fluxisse dicebam, mendis quibusdam Florentini propriis cognosces: exhibet enim in § 15 (p. 97) *ὁκόσοισι . . ὕδρωπες γίγνονται αὐτεοῦσι καὶ ἀποπτύουσιν οὐδὲν ἄξιον λόγου*, quae sententiae mutilatio quomodo orta sit intellegi nequit, nisi transitu explicatur a forma *γίγνονται* ad formam *γίνεται* sive *γίγνεται*. Praebet enim Parisinus antiquissimus solus sententiam ita: *ὁκόσοισι . . ὕδρωπες γίγνονται βῆσσαί* (pro *βῆξαι*) *τε θυμὸς γίνεται αὐτέοισι*, tum autem a Parisino qui pergit *καὶ οὐδέν τι ἀποπτύουσιν ἄξιον λόγου* digressus cum Vindobonensi w facit et Parisino 446. — In § 20 (p. 99) praeter vulgatam *κοπιῇ γὰρ ὁ ἄνθρωπος . . . καὶ ἀγρυπνοίη ἂν* altera exstat lectio quae est *κοπιῶν γὰρ ὁ ἄνθρωπος . . . ἀγρ. ἄν*, quas ita miscet Florentinus, ut scribat: *κοπιῶν γὰρ ὁ ἄνθρωπος . . καὶ ἀγρ. ἄν*. Paullo infra, ubi e Vaticano *πλέον δ᾽ ὑπίτω πρωΐ* restituendum est, *ἔνια ἀντίγραφα* Galenus *πλέον ὑπὸ τὸ πρωΐ* habuisse refert: utrumque resonat e Florentini verbis: *πλεῖστον ὑπὸ τὸ πρωῒ ὑπίτω*. — § 22 (p. 101) alii libri dant *ἐμφερόμεναι* alii *ἐναιωρούμεναι*, Laurentianus utrumqne: *ἐμφερόμεναι ἢ ἐνεωρούμεναι*. In § 29 (p. 106) pro vulgato *ἐπὶ τὸ ὑγιαῖνον πλευρὸν* e Vindobonensi g enotavi *ἐπὶ τὸ ἕτερον πλευρὸν* quae coaluerunt in Florentino: *ἐπὶ τὸ ὑγιαῖνον θάτερον πλευρὸν*. — In § 36 (p. 110) a vulgata ferente *αἱ κοιλίαι οὐ διαχωρέουσιν ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ* nonnulli codices ita discrepant, ut *αἱ κ. οὐ δ. ἐπὶ τῶν τοιουτέων* substituant: utrumque complexus Mediceus praebet: *αἱ κ. οὐ δ. ἐπὶ τῶν τοιουτέων ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ*.

Accedit quod tribus quattuorve locis additamenta haud exigua quae scholiorum speciem prae se ferunt, sine ullo discrimine in ipsa Prognostici verba inseruntur atque immiscentur. Quae infra descripsi inter § 7 et 8, tum ad § 25, deinde ad § 46. Res eo notabilior, quo accuratius singularum paragraphorum tituli *περιεστιγμένοι* litteris uncialibus designentur.

Enumeratis his atque consideratis id quod supra dixi duos a Florentini scriba permixtos esse fontes, non iam dubium videatur. sed verisimilius illud, ex uno exemplari antiquo varietate lectionum scholiisque adsperso eum ita hausisse, ut omnia, et propria et aliena, promiscue arriperet atque depingeret. Sed tantum abest, ut eius generis vitiis codicis vis et auctoritas imminuatur vel infringatur, ut qui non sine fide transcriptus tot peculiaria habeat, eum iudicemus remedium artis criticae non mediocre neque indignum, quo patris medicinae verbis, ubi laborare videntur, medeamur. Nam velim examines quae auctor prognostici de indiciis ex aegrotorum oculis colligendis in § 3 (p. 91) praecepit, quomodo comparata sint apud Kuehnium et Littréum: *ἢν γὰρ τὴν αὐγὴν φεύγωσιν ἢ δακρύωσιν ἀπροαιρέτως* (int. *οἱ ὀφθαλμοί*) . . . *ἢ λῆμαι φαίνωνται περὶ τὰς ὄψιας, ἢ καὶ ἐναιωρεύμενοι ἢ ἐξίσχοντες ἢ ἔγκοιλοι ἰσχυρῶς γινόμενοι κ. τ. λ.*, quibus verbis, quae pariter ac totam paragraphum perturbata esse conqueritur Ermerins, editores recentiores duo remedium afferre sibi visi sunt ex Foesii Mediceo solo *λῆμαι ἐόντες* praebente, unde Batavus primum *λ. ἐοῦσαι*, facilius *λημέοντες* Atheniensis effecit, cui postea ille applausit in epimetro, vol. III, CXXIII. Sed cum eius modi formae Herodoteae num Hippocrati imputari possint minime constet, haud scio an hoc praestet: *ἢν γὰρ τὴν αὐγὴν φεύγωσιν ἢ δακρύωσιν ἀπροαιρέτως . . . ἢ λῆμαι περὶ τὰς ὄψιας φαίνωνται ἢ ἐναιωρεύμεναι*, [cf. § 22 (p. 101) *νεφέλαι ἐναιωρεύμεναι* et Coac. 532. 582] *ἢ ἐξίσχοντες ἢ ἔγκοιλοι φαίνωνται ἰσχυρῶς γιγνόμενοι ἢ καὶ τὸ χρῶμα τοῦ ξύμπαντος προσώπου ἠλλοιωμένον, ταῦτα πάντα κακὰ νομίζειν εἶναι καὶ ὀλέθρια.* Ita quidem Florentinus, nisi quod *ἐναιωρεύμεναι* pro generis masculini forma e Vaticano et cod. B assumpsi. Verba *ἢ καὶ ὄψιες αὐχμῶσαι καὶ ἀλαμπεῖς* om. praeter illos duos w g 446, 2146 neque reperiuntur in versione Latina Laurenti Laurentiani, e Coaca vero 218 aegre ea interpretaberis. Cf. quae Ermerins diffusius ad hunc locum disseruit. p. 129 sqq. — Deinde in § 9 (p. 94), ubi de sudoribus agitur, legis apud Kuehnium et Littréum (§ 6, p. 124): *Κάκιστοι δὲ οἱ ψυχροί* (*ἱδρῶτες*) *τε καὶ μοῦνον περὶ τὴν κεφαλήν τε καὶ τὸ πρόσωπον γιγνόμενοι καὶ τὸν αὐχένα. οὗτοι γὰρ ξὺν μὲν ὀξεῖ πυρετῷ θάνατον προσημαίνουσι, ξὺν δὲ πρηυτέρῳ μῆκος νούσου. καὶ οἱ κατὰ πᾶν τὸ σῶμα ὡσαύτως γιγνόμενοι τοῖσι περὶ τὴν κεφαλήν.* Jure in his haeserunt et Ermerins et Reinhold neque aliter se expedierunt atque ille omnia inde a verbis *καὶ οἱ* ad finem paragraphi expungens, hic signo corruptelae sive lacunae iisdem verbis praefixo. Illi quidem *ἀθετήσεως* testes sunt Galenus, Artemidorus, Dioscurides, nec non quem ego adduco codex w, sed quid offendet, si iam Florentino auctore ita legimus: *οὗτοι γὰρ ξὺν μὲν ὀξέι πυρετῷ θάνατον προσημαίνουσι, ξὺν δὲ πρηυτέρῳ μῆκος νούσου· σημαίνουσι δὲ καὶ οἱ καθ᾽ ἅπαν τὸ σῶμα γιγνόμενοι ψυχροὶ ὁμοῖα τοῖσι περὶ τὴν κεφαλὴν.* Illud *σημαίνουσι* praeter Laurentianum praebebent codd. w et g, inde autem Florentinus ita pergit: *καὶ οἱ καθ᾽ ἅπαν δὲ τὸ σῶμα ὁμοίως γιγνόμενοι ψυχροὶ τοῖσιν περὶ τὴν κεφαλήν*, unde illa restitui, quae spuria esse ut Coacis 572 et 573 confirmetur tantum abest, ut quantum ego volo conservatum, Coaca 573 etiam postulet, si quidem tantum valent Coacae in nostris. Nam de sudoribus frigidis *καὶ περὶ τὴν κεφαλὴν καὶ τὸν αὐχένα* est Coaca 572, illa quae de sudoribus frigidis

καθ' ἅπαν τὸ σῶμα restitui, postulat proxima. Reliqua inde a verbis *οἱ δὲ κεγχροειδέες* quod idem delendum esse censuit, minus quidem adversor, sed nondum satis mihi constat. — Proximae paragraphi verba vulgo haec sunt: *Ὑποχόνδριον δὲ ἄριστον μὲν ἀνώδυνόν τε ἐὸν καὶ μαλθακὸν καὶ ὁμαλόν, καὶ ἐπὶ δεξιὰ καὶ ἐπ᾽ ἀριστερά· φλεγμαῖνον δὲ ἢ ὀδύνην παρέχον, ἢ ἐντεταμένον, ἢ ἀνωμάλως διακείμενα τὰ δεξιὰ πρὸς τὰ ἀριστερὰ, ταῦτα πάντα φυλάσσεσθαι χρή*, quae Rheinholdum retinere debuisse Ermerins in epim. p. CXXIII negat. Galenus, inquit, et pauca manuscripta *διακείμενον* praebent, quod verum refert, *διακείμενα* ineptum est. Recte defendit *διακείμενον* iam non solum illis paucis msc. sed etiam libris f v et qui alias discrepare solent, w b oblatum. Id tamen mihi ad sententiam integram revocandam non satis est. Scribo: *ἀνωμάλως διακείμενον, τὰ δεξιὰ πρὸς τὰ ἀριστερὰ, τὰ δὲ ἀριστερὰ πρὸς τὰ δεξιά*, usus Laurentiano in quo est: *διακείμενον τὰ ἀρ. πρὸς τὰ δεξιά.* Confirmat haec Medicei apud Foesium lectio simillima, ut quae ex totius paragraphi ratione desideravimus, optimo iure restituere videamur. — Verba *ὁκόσα μὲν οὖν ἐπώδυνά τε ἐστιν καὶ σκληρὰ καὶ μεγάλα, σημαίνει κίνδυνον θανάτου ὀλιγοχρόνιον· ὁκόσα δὲ μαλθακά τε καὶ ἀνώδυνα καὶ τῷ δακτύλῳ πιεζόμενα ὑπείκει χρονιώτερα ἐκείνων* apud Reinholdum in extrema § 12, Ermerinsio in initio § 13, e proximis paragraphis moleste iterata, si quidem servanda sunt, non obtruncata servanda esse existimo. Cum autem servata nihil nisi *ἀνακεφαλαίωσιν* efficiant, qua summa rei brevi comprehendatur, unum, quod dubito an gravissimum sit, auctor reticet, tumores molles dolorisque expertes utrum sicut reliqui mortiferi sint necne. Quam ob rem cum Florentino credo legendum esse *χρονιωτέρας τὰς ἀποστάσιας ποιέεται καὶ ἧσσον δεινὰ ἐκείνων ἐστίν.* In extrema § 22 (p. 102) nescio qua ratione factum sit, ut Ermerins qui edidit: *μὴ ἐξαπατάτω δέ σε, ἣν αὐτή γε ἡ κύστις τι νόσημα ἔχουσα τῶν οὔρων τὰ τοιαῦτα ἀποδιδῷ· οὐ γὰρ τοῦ ὅλου σώματος σημεῖον ἐστι, ἀλλ' αὐτῆς κατ' ἑωυτήν*, Reinholdi editione accepta quod antea scripserat pervertens huius scripturae faverit, quae est: *ἤν τι ἡ κύστις νούσημα ἔχουσα τ. οὔρ. τ. τ. ἀ.* Quamquam enim particulae *γε* ratio in illis perspicua non est, tamen pronomen *αὐτή* utique requiritur — omnes hoc mihi qui paragraphum perlegerunt facile concedent — quare et hic Laurentianum verum servasse mihi persuasum est, quod est: *Μὴ ἐξαπατάτω δέ σε, ἤν τι αὐτὴ ἡ κύστις νόσημα ἔχουσα τῶν οὔρων τι ἀποδιδῷ τούτων· οὐ γὰρ τοῦ ὅλου σώματος σημεῖον ἐστιν, ἀλλ᾽ αὐτῆς καθ' ἑωυτήν* (cf. supra p. 8). — Denique in media § 27 (p. 105) ubi legitur: *οὕτω γὰρ εἰ ἐπιγένοιτό τι τῷ πτυέλῳ τούτων, ἀπόλοιτο ἂν ὤνθρωπος* Ermerins haec adscripsit: In his omnino pleonasmus quidam inest: nam alterutrum sufficeret, vel *οὕτω γὰρ ἀπόλοιτο ἂν ὤνθρωπος* vel *εἰ γὰρ ἐπιγένοιτό τι τῷ πτυέλῳ τούτων ἀπόλοιτο ἂν ὤνθρωπος.* Nec tamen eiusmodi quid ab Jonicae orationis abundantia, quae *ἐπεξηγεῖσθαι* deamat, abhorret. — Quamquam his videtur acquiescere, tamen quae Florentinus praebet quin ei proponam retineri non possum, si magis placeat: *εἰ γὰρ τούτων ἐπιγένοιτό τι τῷ πτυέλῳ τουτέω (τούτῳ), κ. τ. λ.*

Sed haec hactenus. Rectene Florentino praeter ceteros rationem habendam esse dixerim eumque solum, ubi verum videtur servasse, iure secutus sim iam ipse diiudices.

Ceterum omnino in textu constituendo antiquissimos libros, qui praeter illum sunt duo Parisini 2142 et 446, Marcianum, Vaticanum, ita secutus sum, ut Vindobonenses non prorsus neglexerim. Qua in re has fere leges mihi scripsi: quod inter omnes quos modo dixi codices congruebat, id nimirum confidenter recipiebam, neque minus quod plures eorum dederunt pro certo habebam, deinde si qui Florentino assenserunt, nihil aliud plerumque praestabat, quas denique lectiones in Marciano et simul in Vindobonensi w inveni, eas firmas ducebam et satis munitas.

ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΟΝ.[1]

1. *Τὸν ἰητρὸν* [2]*δοκέει μοι ἄριστον εἶναι πρόνοιαν* [3]*ἐπιτηδεύειν· προγιγνώσκων γὰρ καὶ προλέγων παρὰ τοῖσι νοσέουσι τά τε παρεόντα καὶ τὰ προγεγονότα καὶ τὰ* [4]*μέλλοντα ἔσεσθαι, ὁκόσα τε* [5]*παραλείπουσιν οἱ ἀσθενέοντες* [6]*ἐκδιηγεύμενος,* [7]*πιστεύοιτ' ἂν μᾶλλον γιγνώσκειν τὰ τῶι* [8]*νοσεόντων πρήγματα, ὥστε τολμᾶν ἐπιτρέπειν* [9]*τοὺς ἀνθρώπους* [10]*σφέας αὐτοὺς τῷ ἰητρῷ.* [11]*Τὴν δὲ θεραπείην ἄριστα ἂν* [12]*ποιέοιτο, προειδὼς τὰ* [13]*ἐσόμενα* [14]*ἐκ τῶν παρεόντων παθημάτων· ὑγιέας μὲν γὰρ ποιέειν ἅπαντας τοὺς* [15]*ἀσθενέοντας ἀδύνατον· τοῦτο γὰρ* [16]*καὶ* [17]*τοῦ προγιγνώσκειν τὰ μέλλοντα ἀποβήσεσθαι* [18]*κρέσσον ἂν* [19]*ἦν·* [20]*ἐπειδὴ δὲ οἱ ἄνθρωποι ἀποθνήσκουσιν, οἱ μὲν* [21]*πρὶν καλέσαι τὸν ἰητρὸν,* [22]*ὑπὸ* [23]*ἰσχύος* [24]*τῆς νούσου, οἱ δὲ καὶ ἐσκαλεσάμενοι παραχρῆμα ἐτελεύτησαν,* [25]*οἱ μὲν ἡμέραν* [26]*μίαν ζήσαντες, οἱ δὲ ὀλίγῳ* [27]*πλέονα χρόνον,* [28]*πρὶν ἢ τὸν ἰητρὸν* [29]*τῇ τέχνῃ πρὸς ἕκαστον νόσημα ἀνταγωνίσασθαι,* [30]*γνόντα οὖν χρὴ τῶν παθέων τῶν τοιούτων τὰς φύσιας,* [31]*ὁκόσον ὑπὲρ τὴν δύναμίν εἰσι τῶν σωμάτων [ἅμα δὲ καὶ εἴ τι θεῖον* [32]*ἔνεστιν ἐν τῇσι νούσοισι] καὶ* [33]*τούτου τὴν πρόνοιαν ἐκμανθάνειν. Οὕτω γὰρ* [34]*ἂν θαυμάζοιτό τε* [35]*δικαίως καὶ* [36]*ἰητρὸς ἀγαθὸς ἂν* [37]*εἴη· καὶ γὰρ οὓς οἷόν τε περιγενέσθαι,* [38]*ἔτι μᾶλλον δύναιτ' ἂν ὀρθῶς δια-*

[1] *προγνωστικὰ Ἱπποκράτους* f Opsop. — [2] *δοκέοιμι* a 2229. — [3] *ἐπιτιδεύειν* f. — [4] *μέλοντα* w. — [5] *παραλείπουσι* f. — [6] *ἐκδιηγεύμενοι* a 36, 1884, 2229, —*ούμενοι* f 446, schol. p. 63. — [7] *πιστεύοιντ' ἂν* w, *πιστεύοντ' ἂν* a, *πιστεύειντ' ἂν* b. — [8] *νουσεόντων* f. — [9] *σφ. ἑ. τ. ἀ.* w. — [10] *σφας* f. — [11] *οὕτω δὴ καὶ τὴν θερ.* w 36. — [12] *ποιεῖτο προιδὼς* w. — [13] *ἐπεσόμενα* v 2146. — [14] *ἐκ τῶν παθ.* v 2146, *τῶν παθ.* g b. — [15] *νοσέοντας* f 2229, 446. — [16] *καὶ* om. b v a. — [17] *τὸ πρόγ.* f 1884. — [18] *κρεῖσσον* f w 446. — [19] *εἴη* f 2269, 2229, 446, B. — [20] *ἐπεὶ* w B. — [21] *πρὶν ἢ* a w 2142, Gal. i. t. — [22] *ὑπὸ τῆς* w 2269, 446, schol. p. 68. — [23] *ἰσχύως* f 446. — [24] *τῶν νούσων* a v, *τῆς νόσου* f w. — [25] *καὶ οἱ μὲν* w, *οἱ δὲ* v 2146. — [26] *μίην* om. b v g 2146, *μίαν* f 2142. — [27] *πλείονα* f 446, *πλείονα ἐλ.* w. — [28] *πρηνὴ* b. — [29] *τὴν τέχνην* b 2143, 2256, 2144. — [30] *γνωντα* f, *τῶν τοιουτέων παθ.* f w, *παθῶν* f, *φύσιας* f. — [31] *οὐκόσον* f. — [32] *ἐστι* v 2146, B, *ἐν τοῖσι* v f w. Cur quae h. l. libri omnes addunt *ἅμα — νούσοισι* uncis incluserim, v. infra in adnot. — [33] *τουτέων* f 2229, B, 446, *τουτέου* w, Gal. i. t. — [34] *ἄν τις θαυμ.* f w a v 2146, 2219, 2229, 446 B. — [35] om. w. — [36] *ἰατρὸς* w. — [37] *ἦ* w. — [38] *οὓς ἂν* a, *περιγενέσθαι* recepi e codd. f w 446, 2142. — [38] *τούτους ἔτι* ferunt omnes praeter codd. f w b v 2146, 2169, 446, *ἂν δύναται* f, *ἂν δυνατὸν* a, *ἂν δύναιτο διαφυλάττειν* w, *ὀρθῶς* om. w, 2269, 446. —

φυλάσσειν ἐκ πλέονος χρόνου [39]προβουλευόμενος πρὸς ἕκαστα, καὶ τοὺς ἀποθανουμένους [40]προγιγνώσκων καὶ προαγορεύων ἀναίτιος ἂν εἴη.

2. [1]Σκέπτεσθαι δὲ [2]χρὴ ὧδε ἐν τοῖσιν ὀξέσι νοσήμασι· πρῶτον μὲν [3]τὸ πρόσωπον τοῦ νοσέοντος, εἰ ὁμοῖόν ἐστι τοῖσι τῶν ὑγιαινόντων, μάλιστα δὲ, [4]εἰ αὐτὸ ἑωυτῷ· οὕτω γὰρ [5]ἂν εἴη ἄριστον, [6]τὸ δὲ ἐναντιώτατον τοῦ ὁμοίου δεινότατον. [7]Εἴη δ' ἂν τοῦτο τοιόνδε· ῥὶς ὀξεῖα, ὀφθαλμοὶ κοῖλοι, κρόταφοι [8]ξυμπεπτωκότες, ὦτα ψυχρὰ καὶ [9]ξυνεσταλμένα, καὶ οἱ λοβοὶ [10]αὐτῶν ἀπεστραμμένοι, καὶ τὸ δέρμα τὸ περὶ τὸ μέτωπον σκληρόν τε καὶ περιτεταμένον καὶ [11]καρφαλέον ἐόν· καὶ τὸ χρῶμα τοῦ ξύμπαντος προσώπου [12]χλωρὸν ἢ [13]μέλαν ἐὸν καὶ πέλιον ἢ μολιβδῶδες. Ἢν μὲν [14]οὖν ἐν ἀρχῇ τῆς [15]νούσου τὸ πρόσωπον τοιοῦτον ᾖ, [16]καὶ μήπω οἷόν τε ᾖ τοῖσιν ἄλλοισι σημείοισι [17]ξυντεκμαίρεσθαι, ἐπανερέσθαι χρὴ, μὴ ἠγρύπνηκεν [18]ὤνθρωπος, ἢ τὰ τῆς κοιλίης [19]ἐξυγρασμένα [20]εἴη ἰσχυρῶς, ἢ [21]λιμῶδές τι [22]ἔχει αὐτόν· κἢν μέν [23]τι τούτων ὁμολογέῃ, [24]ἧσσον νομίζειν δεινὸν εἶναι· κρίνεται δὲ [25]τὰ τοιαῦτα ἐν ἡμέρῃ [26]τε καὶ νυκτὶ, ἢν διὰ ταύτας τὰς προφάσιας τὸ πρόσωπον [27]τοιοῦτον ᾖ· [28]ἢν δὲ μηδὲν τούτων φῇ εἶναι [29]μηδὲ ἐν τῷ χρόνῳ τῷ προειρημένῳ καταστῇ, εἰδέναι [30]χρὴ ἐγγὺς ἐόντα τοῦ θανάτου. Ἢν δὲ καὶ παλαιοτέρου ἐόντος τοῦ νοσήματος ἢ τριταίου [31]ἢ τεταρταίου, τὸ πρόσωπον [32]τοιοῦτον ᾖ, περὶ τούτων ἐπανερέσθαι, περὶ ὧν καὶ [33]πρότερον ἐκέλευσα, καὶ [34]τὰ ἄλλα σημεῖα σκέπτεσθαι, τά [35]τε ἐν τῷ ξύμπαντι προσώπῳ [36]καὶ τὰ ἐν τῷ σώματι καὶ τὰ ἐν [37]τοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν.

3. Ἢν γὰρ τὴν αὐγὴν [1]φεύγωσιν ἢ δακρύωσιν ἀπροαιρέτως ἢ διαστρέφωνται, ἢ [2]ὁ ἕτερος τοῦ ἑτέρου ἐλάσσων [3]γίγνηται, ἢ τὰ λευκὰ ἐρυθρὰ ἴσχωσιν [4]ἢ πέλια, ἢ

---

[39]προβουλευσάμενος πρὸς ἕκαστον w, τῶν νοσημάτων add. f. — [40]τε καὶ σωθησομένους addunt omnes praeter cod. w, quam secutus omisi, cf. infra in adnot.

2. [1]περὶ σημείων f, περὶ σημείων πονηρῶν τοῦ προσώπου v in tit. — [2]ὧδε χρὴ fwg. — [3]τ. ν. τ. πρ. f (τὸ πρόσωπον manu altera in margine). — [4]εἰ om. v 2146, 2256. — αὐτῷ w, ἑωυτέῳ wg B. — [5]ἂν εἰ f. — [6]τὸ δ' ἐν. omnes praeter codd. wf 2142, 446, ἐναντίον w. — [7]ἂν εἴη w, τοῦτο τοιόνδε f, unde recepi, τόδε v 2146, τὸ τοιόνδε rel. — [8]συμπεπτ. f 446.— [9]συνεσταλμ. fw 446, v 2144. — [10]αὐτῶν w B, ἀστέων f, τῶν ἄκρων g, τῶν ὤτων rel. — [11]καρφάλαιον f 446, ἐόν om. fw. — [12]χλ. τε ἢ καὶ μ. rel. praeter fwg. — [13]μελάνεον v 2146, καὶ πελ. ἢ μολ. om. v 446, ἢ πελιδνὸν f, ἢ μολ. om. 2146. — [14]οὖν om. f 446. — [15]νόσου fw 446. — [16]καὶ — ᾖ om. f. — [17]συντεκμ. fw, ἐπανερ. om. f, εἰ δὴ μὴ v 2146* Merc. i. m. — [18]ὁ ἄνθρ. fg 446, Gal. in textu. — [19]ἐξυσγρασμένα f. — [20]ᾖ vulg. εἴη fB. 446, ἰσχυρῶς ᾖ w. — [21]λοιμῶδες wa 2229. — [22]ἐπέχει v 2146, ἔχῃ vulg., καὶ ἢν μέν fw 446, B. Gal. i. t. — [23]τῶν τοιουτέων f, ὁμολογέῃ fw Gal. com., ὁμολογῇ vulg. — [24]εισσον f, νομίζει b. — [25]τὰ τοιαῦτα om. v 2146. — [26]τε om. f 446, ἐν νυκτί w. — [27]τοῦ νοσέωντος add. f. — [28]εἰ δὲ v, μηδὲν om. f, φῇ εἶναι om. f, θῇ g (pr. m.), εἶναι om. aw 446, 2146 g (pr. m.) — [29]μηδ' ἐν wg 2142. — [30]χρὴ om. wgv 446, 2228, ceterum cf. tabulam p. 3. — [31]ἢ τετ. om. awfv 2146. — [32]ᾖ τοιοῦτον f, περί τε τουτέων w. — [33]τὸ πρ. f, πρόσθεν g, πρ. ἐμνημόνευσα καὶ εἶπον w, τἄλλα omnes praeter bf 2142, 446. — [35]τε om. f, σύμπαντι w. — [36]καὶ τὰ ἐν bva 2145, 2142, Gal. i. t., rel. τά τε ἐν, τά — σώματι om. f 2146. — [37]τοῖς f. —

3. περὶ τῶν ἐν ὀφθαλμοῖς σημείων in tit. b 2140, 2144, 2142, Mon.

[1]φεύγουσιν f, διαφεύγωσιν g 446, δακρύουσιν f, ἀπροαιρ. om. w, διαστρέφονται w 446. — [2]θάτερος θατέρου bv, ὀφθαλμὸς add. f. — [3]γίγνεται f, γίνηται bva. — [4]ἢ μέλανα ἢ πελιδνὰ φλεβία ἐν ἑωυ-

*) Hoc latere suspicor in Littréi 2166, quo numero nullus prognostici codicum notatur.

φλέβια μέλανα ἐν [5]αὐτοῖσιν, ἢ [6]λῆμαι φαίνωνται περὶ τὰς ὄψιας [7]ἢ καὶ [8]ἐναιωρεύμεναι, ἢ ἐξίσχοντες ἢ [8]ἔγκοιλοι φαίνωνται ἰσχυρῶς γενόμενοι, [9]ἢ τὸ χρῶμα τοῦ ξύμπαντος προσώπου [10]ἠλλοιωμένον, ταῦτα πάντα κακὰ νομίζειν [11]καὶ ὀλέθρια [12]εἶναι. Σκοπέειν δὲ [13]χρὴ καὶ τὰς ὑποφάσιας τῶν ὀφθαλμῶν ἐν τοῖσιν ὕπνοισιν· ἢν γάρ τι ὑποφαίνηται [14]ξυμβαλλομένων τῶν βλεφάρων τὸ λευκὸν, μὴ ἐκ διαῤῥοίης [15]ἢ φαρμακοποσίης ἐόντι [16]ἢ μὴ εἰθισμένῳ οὕτω καθεύδειν, φλαῦρον τὸ σημεῖον [17]καὶ θανατῶδες [18]σφόδρα. Ἢν δὲ καμπύλον [19]γένηται [20]ἢ [21]πέλιον ἢ ὠχρὸν βλέφαρον, ἢ χεῖλος, ἢ ῥὶς μετά τινος τῶν ἄλλων σημείων, εἰδέναι χρὴ ἐγγὺς ἐόντα [22]τοῦ θανάτου· [23]θανατῶδες δὲ καὶ χείλεα ἀπολυόμενα καὶ κρεμάμενα, καὶ ψυχρὰ καὶ ἔκλευκα γιγνόμενα.

4. Κεκλιμένον δὲ χρὴ καταλαμβάνεσθαι τὸν νοσέοντα ὑπὸ τοῦ ἰητροῦ ἐπὶ τὸ πλευρὸν, τὸ δεξιὸν ἢ τὸ ἀριστερὸν, καὶ τὰς χεῖρας καὶ τὸν τράχηλον καὶ τὰ σκέλεα ὀλίγον ἐπικεκαμμένα ἔχοντα, καὶ τὸ [1]ξύμπαν σῶμα ὑγρὸν κείμενον· [2]οὕτω γὰρ καὶ οἱ πλεῖστοι τῶν ὑγιαινόντων [3]κατακλίνονται· ἄριστα [4]δέ εἰσιν τῶν κατακλισίων αἱ [5]ὁμοῖαι τῇσι τῶν ὑγιαινόντων. [6]Ὕπτιον δὲ κέεσθαι καὶ τὰς χεῖρας [7]καὶ τὸν τράχηλον καὶ τὰ [8]σκέλεα ἐκτεταμένα ἔχοντα, ἧσσον ἀγαθόν· εἰ δὲ καὶ προπετὴς [9]γένοιτο καὶ καταῤῥέοι ἀπὸ τῆς κλίνης ἐπὶ [10]τοὺς πόδας, [11]δεινότερόν ἐστιν· εἰ δὲ καὶ γυμνοὺς τοὺς πόδας εὑρίσκοίτο ἔχων, μὴ θερμοὺς κάρτα ἐόντας, καὶ τὰς χεῖρας [12]καὶ τὰ σκέλεα ἀνωμάλως διεῤῥιμμένα, [13]κακόν· ἀλυσμὸν γὰρ σημαίνει· [14]θανατῶθες δὲ καὶ τὸ κεχηνότα καθεύδειν [15]αἰεὶ καὶ τὰ σκέλεα ὑπτίου [16]κειμένου ξυγκεκαμμένα εἶναι ἰσχυρῶς [17]ἢ διαπεπλιγμένα. Ἐπὶ γαστέρα δὲ κέεσθαι, ᾧ μὴ [18]ξύνηθές ἐστι καὶ ὑγιαίνοντι [19]οὕτω κοιμᾶσθαι, [20]παραφροσύνην [21]τινὰ σημαίνει, ἢ ὀδύνην τῶν [22]ἀμφὶ τὴν κοιλίην τόπων.

